



No. 88.





25.

25

JULIUS FRON: Tinus cū Agge: mo Urbico



7 Anno
1528.

Iste libellus (quod Equitū scia) nullibi hactenus
excusatus ē. Describendum iſtū curavi. Ex Codicē
Grodosiano, quō an aliquot annos Dn. Siehard⁹
p̄ior memoria, p̄r Henricū Fabri Typographū
Basiliensium in lucē edidit. Huicq; in calce
hunc cōmētariū subiūxit. Scripsit
abſtractus p̄r ~~J. H. H.~~ Hirron: de Montē Baixiano
in suo cōlōbij tractatu De finib: Urbicū.

EX
BIBLIOTH. CAMERA-
RIANA RECEPIT
C. ARNOLD.

J. A. L.

IULIVS FRONTIN⁹

De Contro:
uersijs li:
mitum

CELSO PENE⁹STO.



Notum est omnibus, Celse Peneste, studiorum nostrorum ma-
nere summam, ideoq; primum sedulitatis mea impendium iu-
dicio tuo offerre proposui. Nam cum sibi inter aequales quendam
locum deposcat amulatio, neminem magis conatibus nostris
profuturum credidi, quam qui inter eos in hac parte plurimum
possit. Itaq; quo cultior in quorundam noticiam uenit, ora
tibi nota perlaturus ad te primum liber iste festinat, ut a-
pud te tyrocinij rudimenta deponat, tecum conferat quicquid
a me inter ipsas armorum exercitationes accipere potuit. Nam
et si meretur publica conuersatione sufferre uniuersorum o-
culos, a te potissimum incipiat. Quod si illi parum diligen-
tem adhibitam curam esse credideris, et si in paruo, aut aliqua
cessasse uideamur parte, non exiguum laboris mei consequar
fructum, quod te mouente malignorum licentia existi-
mationem. Quae itaq; si non est improbum, habeat apud
te quamdam excusationem quod non potuerit eo tempore co-
summarj, quo genus hoc feruentibus studijs nostris disputa-
tum est. Omnium enim, ut puto liberalium studiorum
Mars ampla materia est cui ne quid desit, in hac modica re
ingenti animo admonerem uires, interuenit clara sacratissi-
mi Imperatoris nostrj expeditio, quae me in ipsa scribendj fes-
tinatione praepedit. Nam dum armorum magis exerceo curis
totum hoc negotium, uelut oblitus, intermiseram, nec quic-
quam aliud quam bellj gloriam cogitabam.

At postquam primū hostiam terram intravimus, statim
 Cæse Cæsaris nostrj opera mensurarum ratione exercere cepi.
 Erant dandi, interueniente certo itineris spatio, duo rigores
 ordinatj quibus in tutelam committendj ingens uallocum
 assurgeret moles, mox interuentū operis decisa parte ferramē-
 tj usus explicuit. Nam quod ad noticiam pontium pertinet,
 et fluminum latitudinem dicere, etiam si hostis infestare
 uoluisset, ex proxima ripa poteramus: expugnandorum dein-
 de montium altitudines ut scirem, hanc mihi uenerabiles
 Dij rationem monstrabant, quos ego in omnibus templis ado-
 rabam. At postquam maiorum deorum experimenta re-
 ligiosius colere cepi, ad consummandum hunc librum, ue-
 lit ad uota reddenda properarij. Postquam ergo Maximus
 Imperator uictoriam duciam proxime reseruit, statim
 ad Septentrionalem plagam transire permisit. Ego ad stu-
 dium meum, tanquam ad uicium sum reuersus et mul-
 ta uelut folijs et sparsa in artis ordinem latius collegi
 Fædum enim mihi uidebatur, si genera angulorum quasi
 interrogatus responderem multa Iudeoꝝ rerum ad profesio-
 nem nostram pertinentium, in quantum potui occupatis
 species, qualitates, conditiones, modum et numerum excussj
 per quæ satis ampla mediocritatis mee opinio scriuatur,
 si illa uir tantæ auctoritatis iudicaueris studentibus
 profutura. Ergo ne quid nos præterisse uideamur, omnium
 mensurarum appellationes conferamus: Nam mensura
 non tantum ista, de qua loquimur, appellatur, sed et quic-
 quid pondere aut capacitate, aut animo finitur. Quid
 ergo mensura sit, de qua quæritur, tractemus.

† interuallor.

Mensura est complurium, et inter se æqualium longitu-
 do finita. Mensura est ut pes per uncias, per pedem decipeda,

Per decempedam actus, per actum passus, per passus stadium, per stadium miliarium. Minima harum mensurarum pars digitus est: si quid enim intra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidium aut tertiam partem digiti. In pede porrecto semipedes duo: In pede constricto semipedes quatuor. In pede quadrato semipedes octo. Pes habet palmos quatuor, uncias 12. digitos sedecim. Palmus habet digitos quatuor uncias 3. Sextans, siue eadem dodrans appellatur, habet palmos 3. uncias 9. digitos 12. Haec omnis mensura diligenter et fideliter exquirenda est, ideoq; moneamus, ut uniusquisque suas fines teneat, non alienos laesat: Nam ideo limes agro positus est ut litem discerneret agris: nam ante Iovem limites non parebant, qui dividerent agros: Vicinorum autem exempla sumite, de quibus positus inculpabiles proferre sententias, nam ideo ager pedibus mensuratur, ut veritas declaretur.

De finium Requirendorum.

Imp. Constantini A. ad Tertullianum. xv. Comitum diocesis Asiaticae.

Si quis super iniuriis sui iuris locis prior detulerit querimoniam, quae finali cohaeret cum proprietate controversiae, prius super possessione questio finiatur, et tunc Agrimensor ire praecipiat ad loca, ut patefacta veritate huiusmodi litigium terminet. Quod si altera pars locorum adeptam dominium subter fugiendo moras attulerit, ne possit controversia definiri, ad locorum ordines directus Agrimensor dirigatur, ut loco, ut si fidelis inspectio tenentis locum esse probaverit, petitor iunctus abscedat, et si controversia eius claruerit, qui primo detulerit causam, ut iniurius ille poena teneatur addictus, si tamen in ea loca eundem iniuriasse constiterit. nam si per errorem.

aut iniuriam domini loca data ab alijs possessa sunt, ipsis solis credere debent. Dat. 8. Cal. Mart. Galliano Et Symmacho cos.

Idem A. ad Basium. PV.

Si constiterit eum, qui finalem retulerit questionem, prius quam aliquam sententia terminaretur, rem sibi alienam usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat, amittat, sed quod magis contentus suo, rem non expetat iuris alieni, is qui irceptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum quantum diripere tentauit, amittat. Lecta apud Senatum. 12. Cal. Jul. Galliano Et Symmacho cos.

Idem a. ad uniuersos Prouinciales post alia.

Si finalis controversia fuerit tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud praesidem esse constiterit, cum de maiore spatio causa quaedam non finalis sed proprietatis est apud ipsum Praesidem debeat terminari. Et si socius quid petat a socio ante praeses iudicet, an praestari aliquid oporteat, et tunc demum illud per arbitros restituatur, quod constiterit esse soluendum. Dat. Cal. Aug. Basio et Ablatio cos.

Imppp. Valent. Theod. et Arcat. AAA. Necterio PF. P.

Quinque pedum praescriptione sumpta, finalis iurgij, uel locorum libera peragatur intentio, sola sit igitur huiusmodi legibus una praescriptio, quae improbi petitoris refragare

possit inuidiam, si ueteribus finem cum signis limes inclusus congru-
um erudita arte praestiterit. Nec uero prolixiores temporis in hui-
usmodi locum habebit ulla praescriptio, cum diuturno ocio alie-
num rursus quisque asserat se diligentius coluisse, quando omne
huiusmodi iurgium solo praecipuum iure discedit, quo artis
huius peritis omnem commissimus sub fidei arbitratione iu-
dicium. Dat. 7. Cal. Aug. et Baitone cos.

Imppp Theodosius, Arcadius, Honorius
AAA. Ruffo. P.F. P.

Cunctis motionibus et machinis amputatis finalibus iur-
gij, omnem modum quem praescribimus, ac de eo tantum
spatio, hoc est, pedum quing, qui ueteri iure praescripti
sunt, sine obseruatione temporis arbitros iustitiam iudica-
re. Quod si loca in controuersiam ueniant, solemniter iu-
dicare cognoscas, et seu civilis, seu criminalis actio, compe-
tit, tribuetur, ita ut causa cognita, et rehibitione obnox-
ius decernatur, nec penam conuictus aufugiat. Dat.
pridie Non. Nouemb. Constantinop. Arcadio 11. Et Ru-
fino cos.

Pauli ex sententiarum lib. 5.

De penis, qui terminas effodiunt, uel exarant, arbores in
terminales subuertunt: siquidem serui sua sponte faciunt,
in metallum damnabuntur, humiliores in opus publicum
honestiores in insulam, amissa tertia parte honorum rele-
gabuntur.

De sepulchris.

Imperator Tiberius Caesar.

De ea lege agrorum custodienda, et limitum fidei stare

oportet, quae ad decumanis ante haec assignata est, cum ager
diuisus militij traderetur, ut extremis ac compaginantibus
ageris limitibus suis monumenta sepulchrae sacrentur
Nam quidam rationem agrarum per eas recturas putant
obseruari, quae uiae et itinera ante colonias nominata,
in quibus monumenta constituta inueniuntur, uel con-
stituiuntur, putent esse finalia. Nam monumentum
plurimum est constitutum rationibus. Est unum quod
ad itinera publica propter testimonium perennitatis est
constitutum uel quod constituitur, quod rationem fini-
um non recipit, nisi forte inter convenientes ager diui-
sus pactione fuerit. Est et aliud, quod proximis adibus iux-
timum quibus miles uel consors condidit impositionibus suis
uel ad progeniem futuram, heredibus suis testis loco uice
instrumentorum tabellarumque possessionis causa monstra-
uerit, quod aequae nullam limitum recipit rationem. Est
et aliud, quod non longe ab adibus, uel itinere publico con-
stitutum, id est iuxta legem Semproniam, et Iuliam,
quod cardinibus et decumanis constitutum esse monstrat
quod rationem finium recipere uidetur, id est concurrenti-
um linearum, atque secantium se inuicem, et ordinem
in utroque custodit limitum ratione discernens. Nam et
alia intra agrum sunt sita quae partes militum seruant
et iuxta perennem rationem unam lineam mittunt:
haec autem iugerationis modium seruandae causa sunt
sita, quibus etiam terminij lapidum appositij certam dis-
tinctionem dant. Quos oportet non ad fidem, nec ra-
tionem eorum limitum, sed maiorem modium agrum
recipiunt, pertinere. Forum igitur sepulchrorum sequuntur
da

5
est constitutio, quae extremis finibus concurrentes plures usque
agrorum expectat, atque, nullo longiores dissectiones linearum pe-
rennes admittit. Sicut etiam monumenta in itineribus consti-
tuta, quae fidem publicam tenent. Si tamen eiusdem iure
cursus finitimus reperitur, finalia esse arbitramur. Omne
enim monumentum dominorum nomina testatur, quae ad
iura possessionum pertinere noscuntur. Et ideo hanc legem
dedimus, rationemque declaravimus, ut aere contineatur.

Dat. Romae, Cal. April. Tiberio Casare Consule.

Impp. Theodosius et Valentinianus. AA. Nūmo
magno magistro officiorum. Post alia.

Præcipimus itaque Agrimensoribus, ut pro laborum iussitu-
dine geometricæ artis, fundum qui finire statuens in trifinii
ratione steterit, Et convenientiam trium centuriarum ibi-
dem esse signaverit, tres aureos accipiat, absque sua pulverati-
ca. Quod si limitem direxerit, volumus, ut per singulas posses-
sionis iuncias singulos aureos accipiat, pro intentione quæ in-
ter partes spectatur.

Fidem a a. Florentio. P. F. P.

Ope atque auxilio nostra clementiæ de magistris agrorum
geometricæ, vel definitum regimendorum, vel maxime de dis-
cipulis eorum cura magna sancimus, ut Spectabiles scriban-
tur, et usque dum profecti fuerint Charissimi scribantur.

Et post alia

Quoniam qui non fuerit profectus, super hac lege sancimus
damnari: Si sine professione iudicaverit, capitali senten-
tia feriatur. Nam et usum armorum discere compelluntur
Agrimensores. Dat. 5. Cal. Mar. Constantinop. Theodosio a.
cos.

Imp. Theodosius et Valentianus
a. a. Cyro PF. Orientalium

Semper magnū aliquid reip. conferendj materia ministratur, quod semper aliquid nobis porrigitur emendandū. Quanta itaq. Magnitudinis tuā provincialium cura est per eos quosq. indubie declaratur. Alluuiōnū, quae contingi solent in praedijs, quae ripis quorūdam fluminū terminantur, ea natura est, ut semper incerta possessio incertū sit eius dominū, quod possessorj per alluuiōnem accrescit: Nam quod hodie possidemus, nonnunquam altero die iurij fundj dominio in alteram fluminis ripā translātū acquiritur. Nec tamen apud quem accrescit remanet, sed plerūq. redit ad priorem dominū cum augmento: saepe nec ad posteriorem manet, nec ad priorē redit: sed in harenam fluminis inundatione soluitur. Ideoq. suggestionem culminis tui admittentes, ut iudicio Agrimensoris finiatur. Non de Aegyptijs solis, nec de limj tantū alluuiōnib. loquimur, sed quod salubre est orbi terrarū atq. omnibus provincijs promulgamus, Et ea, quae per alluuiōnem possessoribus acquiruntur, neq. ab asario uendj, nec a quolibet petj nec separatim censere, uel functiones exigi perpetua lege ualitura sancimus, ne per alluuiōnū ignorantiam, uel rem noxiam possessoribus indicere uideamur. Similiter nec quidem quae paludibus antea, uel pascuis uidebantur ascripta. si sumptibus ac laboribus possessorū nunc ad frugū fertilitatem translata sunt, uel uendj uel petj, uel quasi fertilia separatim censere, uel functiones exigi comedimus, hij doleant diligentem operam suam agrj dedj. se cultura, ne diligentiam suam sibi damnosam intelli gal.

Huius legis temeratorem quinquaginta librarum auri con-
 damnatione coerceri decernimus. Inter quos habendum est
 officium quoque tuae sedis excelsae, si aliquid eiusmodi suggesserit
 dispensandum, uel si preces instruxerit petitor. Insuper itaque ac
 magna auctoritas tua suggestione tui culminis ac disposi-
 tione non admissa tantum, sed etiam collaudata hanc legem
 edictis propositis ad omnium noticiam perferri precipiat haec
 Agrimensorium semper esse iudicia.

Paulus libro. 23. ad edictum. post alia

Sed si mensor ab altero solo conductus sit, condemnatio erit
 facienda ei, qui non conduxit in partem mercedis.

Item post alia.

Si dicantur termini deiecti uel exarati, iudex qui de crimine
 cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

DE qualitate Agrorum.

Agrorum qualitates sunt tres: Una agrum diuisi et assignati:
 altera mensura per extremitates comprehensi: tertia aedi-
 finij, qui nulla mensura continetur. Ager ergo diuisus
 assignatus est Coloniaarum: hic habet conditiones duas, u-
 nam, quia plerumque limitibus continetur: alteram, quia
 per proximas possessionum regiones rigores assignatus est. si-
 cut in Campania Suebe, Aruncae. Quicquid autem se-
 cundum hanc conditionem in longitudinem est delima-
 tum, per strigas appellatur, quicquid per altitudinem, per
 scamma. Ager ergo limitatus hac similitudine decumanij
 et cardinibus continetur. Ager per strigas et scamma di-
 uisus et assignatus est more antiquo in hac similitudine

ris-
 du-
 a est
 con-
 nim
 io
 io-
 na
 rupa
 escit
 n
 ore
 Ide-
 gri-
 ntu
 atq
 uione
 ibet
 a lege
 uel
 litez
 ntur
 ad
 pctj
 exigi
 delij
 telli
 gal.

quæ in provincijs arua publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cuius modus uniuersus ciuitati est assignatus. Sicut in Lusitania, Salmaticensibus, aut in Hispania citeriore Palatinis, et compluribus provincijs. Tributarius solus per uniuersitatem populis est definitus. Eadem ratione et priuatorum agrorum mensura aguntur. Hunc agrum multis locis Mensores, suamuis mensura extremum comprehenderint, in formam in modum limitum conuertunt. Ager est arcifinius, sicut ait Varro, qui nulla mensura continetur, finitus secundum antiquam obseruationem fluminibus, fossis, montibus, uis, arboribus antemissis, aquarum diuersis, et si qua loca, hoc est, quæ ante a possessore potuerunt obtineri. Nam ager arcifinius ut idem ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus, qui postea interuentu litium per ea loca quibus finit terminos accipere cepit. In ijs agris nullum ius subseciuorum interuenit. Subseciuum est, quod a subsecante linea nomen accepit subseciuum, Subseciuorum genera sunt duo: unum, quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit: Aliud genus subseciuorum quod in medijs assignationibus, et integris centurijs interuenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus quam intrachusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui assignationi super est. linea clauditur et subsecetur. Nam et reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam et extremitatem interest, subseciuum appellatur. Est ager similis subseciuorum conditioni

Extraculisus, et non assignatus, qui s; reipub. pop. R. aut ip-
 sius colonia, cuius sine circumdatus, sine peregrina urbi, aut
 locis sacris, aut religiosis, atq; ad Pop. R. pertinentibus da-
 tus non est, iure subsecutorum in eius, qui assignare potu-
 erit, remanet potestate. Ager extraculisus est, qui intra fi-
 nitimam lineam, et centurias interiacet. Ideoq; extra-
 clusus est, quia ultra limites finitima linea clauditur

De Controuersijs.

Materia controuersiarum sunt, diuis finis et locus. Harum condi-
 tio alterutra continetur, quicquid ex agro de hijs interuenit.
 Sed quoniam in hijs quoq; partibus singula controuersie diuer-
 sas proprias habent conditiones, proprie sunt nominanda. Et
 potius ergo comprehendere, genera sunt controuersiarum nu-
 mero 15. de positione terminorum. de rigore. de fine. de
 loco. de modo. de proprietate. de possessione. de alliuione.
 de iure territorij. de subseciuis. de locis publicis. de locis re-
 lictis et extraculisis. de locis sacris et religiosis. de aqua plu-
 uia arcenda. de itineribus

De positione terminorum controuersia est inter duos plures
 ue iucinos. Inter duos: An in rigore sit caeterorum sine rati-
 onis. Inter plures, trifinium faciat an quadrifinium.

De horum opinione cum constitit Mensorj. si secundum prop-
 rij temporis possessionem non conueniunt, diuersas at-
 tignis possessoribus faciunt controuersias, sed ab integro forte
 alijs de loco, alijs de fine litigat.

De rigore controuersia est finitima conditionis, quoties inter
 duos pluresue terminos ordinatos, sine quac alia signa secun-
 dum legem Manilianam intra quinq; pedes agitur.

men
 as
 ipa
 ribi
 eade
 me
 emu
 omli
 men
 atio
 tenuis
 te a
 ut ide
 stea
 os ac
 in
 rea
 ra
 inu
 uoru
 in
 s mi
 n hac
 gnati
 m et
 nor
 uum
 tionj

De fine similis est controuersia, nec dubium est, quin supra de finis conditione dixerim: nam et eadem lege continetur, et de quinque pedum agitur latitudine. Sed de fine quicquid per flexus, quibus arcesinij agrj continentur, ut per extrema compromontoria, aut summa montium, aut fluminum cursus, aut locorum natura, quam supercilium appellant.

De loco controuersia est, quicquid excedit supra scriptam latitudinem, cuius modus ad patentes non proponitur. Haec autem controuersia frequenter in arcesinijs agris uariorum signorum demonstrationibus exercetur, ut fossis, fluminibus arboribus antemissis, aut cultura discrimine.

De modo controuersia est in agro assignato: agitur enim de antiquorum nominum proprietate defensione, ut si L. Titius dextra decimumum, tertium citra cardinem quartam acceperit, sortis suae partes tres, siue quod huic simile, quartam habeat in quatuor, proxima centuria: huic enim uniuersitatis limes finem non facit, etiamsi publico itineris seruiat. Nam in ceteris agris de modo fit controuersia, quae tunc promissionis modus non quadrat.

De proprietate controuersia est plerumque, ut in Campania cultorum agrorum syluae absint in montibus ultra quartum aut quintum forte vicinum: propterea proprietates, ad suos fundos pertinere debeat, discutitur. Est et pascuorum proprietates pertinens ad fundos, sed in communibus, propter quod ea compassua multis locis in Italia communia appellantur quibusdam prouincijs indiuisa: Nam per hereditates, aut emptiones eius generis controuersia fiunt, de quibus iure ordinario litigatur.

De possessione controversia est, de qua ad interdictum, hoc est iure ordinario litigatur. De alluvione fit controversia, fluminum infestatione, hinc finidi multas habent conditiones.

De iure territorij controversia est, cum ad ipsam urbem pertinet, sine quod intra pomerium eius urbis est, erit, quod a privatis operibus obtineri non oportebit, contenditur. In illo locum, quem nec ordo illo iure a publico poterit amovere. Habet autem conditiones duas, unam urbanj soli, alteram agrestis, q in tutela urbana rei fuerat assignatum. Urbani quod operibus publicis datum fuerat aut destinatum huius soli ius, quavis habita ratione viuis Augustus de statu municipiorum tractaverit, in proximas urbes peruenire dicitur, quorum ex voluntate conditoris maxima pars finium colonie est attributa: aliqua portio manium extremae partice assignationis inclusa. Sicut in Piceno fertur inter montium Praenestianorum quamdam oppidi partem Aesculanorum sine circundarij. Quod si ad haec reuertamur hoc conciliabulum fuisse fertur, et postea in municipij ius relatum. Nam non omnia antiqua municipia habent suum privilegium. Quicquid enim ad ad Colonia municipijue privilegium pertinet, territorij iuris appellant. Sed si rationem appellationis huius tractemus, territorium est, quicquid hostis terrendi causa constitutum est.

De subsecivis controversia est quoties aliqua pars centuria, sine tota non est assignata, Et possidetur: aut quicquid de extremitate partice possessor proximus alius detinebit, ad subsecivorum controversiam pertinebit.

De locis publicis, sine populi R. sine coloniarum municipiorumque controversia est, quoties ea qua regie assignata

supra
ctur,
quic
per
uit
ciliu'

lati
Hac
ionu
nibz

de
Ti
tam
quae
im
merj
a, quo

cul
tum
quos
a pro
quod
tantur
tes,
bus

neg, uendita fuerint, aliquis possederit, ut alicuius fluminis
ueterem populi Rom. Quamuis aqua interposita insula et
diuisi proximi possessores finibus reliquerint, aut syluae, quas
ad populum Romanum multis locis pertinere ex ueteribus
instrumentis cognoscimus, ut ex proximo in Sabina in
monte Mutela: Nam et coloniarum, ac municipiorum simi-
lis est conditio, quoties loca quae Reip: data assignatae fu-
erant, ab alijs obtinebunt. ut subseciua concessa. De locis
relictis et extrahsis controversia est in agris assignatis:
Relicta autem loca sunt, quae sine locorum iniquitate, sine
arbitrio conditoris relicta limites non acceperunt. Haec
sunt iuris subseciutorum. Extrahsa loca sunt aequae iuris
subseciutorum, quae ultra limites, et ultra finitimam line-
am erunt. Finitima autem linea aut mensuralis est,
aut aliqua obseruatione, aut terminorum ordine seruata.
Multis enim locis assignationi agrorum immunitas super-
fuit, sicut in Lusitania finibus Augustorum. De locis sa-
cris et religiosis controversia plurimum iure ordinario fini-
untur, si de locorum eorum modo agitur, ut locorum publi-
corum in montibus, aut adiuum, quibus secundum in-
strumentum fines restituantur. Similiter locorum religi-
osorum quibus secundum cautiones modus est restituen-
dus: habent enim et Massilia iuris sui hortorum modos
circumiacentes, aut praescriptum agrorum finem. De aquae
pluuiae transitu controversia est, in qua si collectio plu-
uialis aquae transversum alterius secans finem, flumen
influit, et dissonuenit, ad ius ordinarium pertinebit.
Quod si per ordinationem finis ipsius agitur, exigit Menso-
ris interuentum. De itineribus controversia, quae in
arcifinijs agris iure ordinario finitur: in assignatis me-
surarum ratione. Omnes enim limites secundum legem

Colonicam itinerij publico seruire debent. Sed multj exigente
 ratione per devia et confragosa eunt, quia iter fieri non potest
 Et sunt in usu agrorum eorum locorum, ubi proximus posses-
 sor, cuius forte sylvia limitem detinet, transitum inuere-
 cunde denegat, cum itinerij limitem, aut locum limitj debe-
 at. Est et controuersie genus, quod ad solum non pertinet sed
 de arborum fructibus, earum, quae in fine sunt, siue intra,
 nec ullam ad radicem habent controuersiam, quoties inclina-
 ta in alterutram pte fructum iactauerint, inter affines me-
 uent disputationem. Sunt et aliae limitum conditiones
 quae ad solum non pertinent, haec est ad artem nostram. solum
 autem quadrang, colonie est assignatum, id uniuersum per-
 tina appellatur. Quicquid enim huius uniuersitatj appli-
 citum est ex alterius ciuitatis fine, siue solidum, siue cul-
 tellatum fuerit. Praefectura appellatur. Cultellandi ra-
 tio quae sit sepe quaeritur cuius praemensi soli spatium con-
 summamus, et illam diuorum inaequalitatem planam
 esse cogimus, dum mensurae lateribus inseruimus. Cultel-
 lamus ergo agrum eminentiorem, et ad planiciej redigimus
 aequalitatem, hanc nobis ratione ipsa seminum natura mon-
 strauit: omnis enim illa soli inaequalitas colligi poterit, nisi
 quod de terra, quicquid nascitur, in erectum exit, et illam
 terre obliquitatem crescendo atterit, nec maius spatium
 occupat, quam si ex plano nascatur.

JULIJ FRONTINI
 Finit

inis
 et
 quas
 ribus
 in
 a simi
 ue fu
 locis
 is:
 siue
 ce
 uris
 n line
 est,
 uatze
 super
 is sa
 fini
 publi
 i m
 e religi
 tuen
 das
 siue
 plu
 imen
 bit.
 Menso
 e in
 tis me
 legem

AGGENI VRBICI

In Iulium Frontinum Commen-
tariū.

Sūſcepimūs qualitates agrorū tractandas, atq; plano ser-
mone et Lucido exponendas. Volūimūs autē ea quæ à ue-
teribūs obſcūro ſermone conſcripta ſunt, aperitiūs et intelli-
biliūs exponere, ad erūdiendam poſteritatis infantia, et
quæ dulciūs poſſit diſciplinam appetere quam timere. Nam
primenſe ætatj quā ſunt radices amariffimæ literarū,
ſcientes literas non ignorant. Ideoq; ita planū facimūs itor-
ūt exeuntes à prioribūs ſtudijs literarū, in hijs ſecundis
ac liberalibūs uenientes, diſciplinam hanc uelut ſuauitatē
quandam poſt amaritudinem concupiſcant. Jam nūc er-
go pergamūs exponere. Agrorū qualitates tres eſſe Ju-
liū Frontinū offendit, dicens, unam agrj diuiſi et aſſig-
natj. Videamūs quīs ſit hic ager diuiſus et aſſignatus:
Sine dubio uideo alicuius Formā agrj magnam, quæ di-
uiſa eſt atq; aſſignata in tempore. Et niſi eſſet quædam
materialis agrj forma, quomodo poterat diuiſi? An totū
mūnū, aut prouinciā totā unius poſſimūs agrj,
quī ſit diuiſus, qualitatem accipere? Et quia hoc ita intel-
ligere mihi omnino uidetur abſurdū, eo quod ſubiungit
continuo idem Frontinū. Altera meſura per extremi-
tatem comprehenſi. Video ergo illū agrū, quī dum in ſe-
ducenta et eo ampliūs iugera contineret, poſtea uīſū Prin-
cipū interuiſiuis limitibus diſtribūtū, quinquagenis iu-
geribus uel ampliūs, ut qualitas locorū inuenta eſt. Quæ
interuiſiones per triſima et quadriſima, ſiue interuenien-
tium, uel interpoſitorū ratione ſiquorū cernuntur eſ-
ſe diſpoſitæ. Alteram qualitatem diuit meſuram per e-
iūſdem agrj extremitatem, comprehenſam Juxta hunc

agrum de quo locuti sumus, videmus confinem esse modicum
 supra comprehensum subsequi, qui frequenter in extremitatibus
 assignatorum agrorum incidens, mensurali linea cernitur com-
 prehensus. De hoc inferius suo loco apertius disputabimus. Nam
 quidam centuriam volunt intelligi mensuram dictam per ex-
 tremam comprehensam, quod et ipsum potest accipi: quia
 et si centenis hominibus ducentena iugera data legimus, quor-
 propter numerum appellata sit centuria, legimus in quibus-
 dam locis ab uno mille et trecentena iugera fuisse possessa.
 Tertia accipimus agrum similitatem assignat. Accipimus ager, ab
 arce hostibus vincitur, sicut Paulo inferius subsequens
 lectio manifestat. Hic et occupatoribus ager dicitur, eo quod in
 tempore occupatus est a victore populo, teritis exinde fugatis
 hostibus: quia non solum tantum occupabat uniusquodque, quan-
 tum colere presentis tempore poterat, sed quantum in spe colen-
 di habuerat, ambiebat. Fines vero his signis inter se divide-
 bant, fossis manufactis, arboribus autem, fluminum
 interuenientium cursu: vicis quoque montium, quae ex eo
 nomine accipiuntur, quod continuatione ipsa iunguntur
 supercilijs, nec non itineribus vel diversis quae aut loci natu-
 ra, aut solers procuravit antiquitas. Ager ergo divisus assign-
 natus est colonijs, sive municipijs uniusque possessioni modum
 secundum terrae qualitatem. Hic ager habet conditiones duas
 unam, quia plerumque limitibus continetur. Alteram, quia per
 proximos possessionum limites assignata est. Limes ergo est,
 quodcumque in agro opera manuum factum est, ad observationem
 fidemque. Rigor vero sine rectitudinis naturalis nomen
 accepit. Quicquid autem secundum hanc conditionem in
 longitudinem est delimitatum per strigas appellatur: quia
 quid per altitudinem, per scamma. Strigatus ager est, qui
 a septentrione in longitudinem in meridianum decurrit

no ser-
 a ue-
 lligi-
 et
 Nam
 rum,
 us ite-
 indis
 intate
 in er-
 de fu-
 assign-
 us:
 in di-
 dam
 totum
 agrum,
 intel-
 ungit
 remi-
 in se-
 i. Prin-
 nis in-
 . Qua
 enien-
 tur es-
 per e-
 hunc

Scannatus autem, qui eo modo ab occidente in orientem
crescit. Et altitudinem hanc secundum idioma artis uoluit.
Frontinus in orientem intelligi: Nam dum superficiales nunc
qualitates tantummodo uel mensuras exponat, quomodo nos pos-
sumus soliditatis corpus aduertere, in quo altitudo aut crassitu-
do ponatur: Ager ergo limitatus hac similitudine decumanis
et cardinibus continetur. Ergo hic ager, quem in hac si-
militudine asserit contineri decumanis atq; cardinibus in
re presentij considerare poterit. Nam decumanam limitem
traxerunt, sicut Hyginus describit, ab occidente in orientem:
Cardinem uero a meridiano in septentrionem duxerunt.
Quidam uero ex aduerso asserunt eos constitutos, nam et alibi
limites facti sunt ab hijs, qui solis ortum et occasum secuti
sunt, quos fefellit ratio Geometria. Mihi tamen, sicut Hy-
ginus constitui decreuit limites, ita rationabile uidetur, ut
decumanus maximus in orientem creseat, et cardo maximus
in meridianum. Ager per strigas et scamna diuisus et assign-
natus est, more antiquo in hac similitudine, qua in provin-
cijs arua publica coluntur: Ager ergo siue per strigas, siue
per scamna diuisus sit, siue quocumq; alio ordine succedenti
assignatus est more antiquo, atq; arbitrio, in hac similitudine,
qua in diuersis provincijs arua publica colij perspicimus. Nam
quod publica arua coli dicit, ne admitemini: nam ideo pub-
lica hoc loco cum dixisset agrimo, quod omnes etiam priuati
agri tributa atq; uacillalia persoluant: Nam paulo inferius
dicit: eadem ratione et priuatorum agrorum mensura aguntur
ut aptius ostenderet publicum cum priuato esse consortem:
quia dum priuatus laborat in proprio, et tributum publico,
et sibi alimoniam arua excolendo procurat. Ager est men-
sura comprehensus cuius modus uniuersus est ciuitati as-
signatus. Istius agri mensuram in unum modum quoda-

modo iudeo comprehendij. Num hic modus uniuersalis supra
 eius a nobis inuestigari debet: Videmus igitur modum per ter-
 minos territoriales, et limitum cursus, et titulos id est, in-
 scriptis lapidibus, plerumq; fluminibus, nec non arboribus
 sancti territorium, atq; diuisi ab alterius territorio ciuitatis.
 Facit quicquid intra hunc modum est mensura diuisum, sine
 constat ciuitati omnibus modis asigualum. Sicut in Lu-
 sitania. Salmaticensibus. Lusitania Prouincie nomen est.
 Salmaticenses enim uicarij proprie nuncupantur. Ita et in
 Hispania citeriore. Palatinis et compluribus Prouincijs tribu-
 tarium solum per uniuersitatem populis est definitum.
 Eadem ratione et priuatorum agrorum mensura adiuntur.
 Hunc agrum multis locis Mensores, quamuis extremum me-
 sura comprehendunt, in formam in modum limitum con-
 diderunt. Terminorum uero sunt 5. genera: Primum, quod ex
 flexuosa linea continetur: Alterum, quod ex flexuosa et ratio-
 nabilibus: Tertium quod ex circumferentibus: Quartum quod
 ex circumferentibus et rectis: Quintum, quod ex rectis.
 Horum sunt species infinita: Hunc ergo agrum, ne in formis
 uideamus tantummodo conditum, continuo subiungit: in
 modum limitum, ut sciamus plenissime non posse formam
 cuiuslibet agrj sine limitum rectura subsistere. Sed prauidere
 formam diligentius commouemur, ut originem cuius inter-
 fuerit limitis effuaciter predicemus: seu D. M. seu K. M.
 quinti quoc; aut quintarij, nec non et illos in omnibus demon-
 strare, qui solis ortum et occasum sequuti sunt, ut nostra profes-
 sio eorum artificibus integra et omnem ueritatem indagans
 approbetur Est ager arcifinius, qui nulla mensura continetur
 Hic est de quo superius diximus, qui et arcifinius, et occupa-
 torius, fossis, montibus nominatur. Finitur ergo secundum
 antiquam obseruationem, fluminibus, fossis, montibus, uis,
 arboribus antemissis, aquarum diuersijs, et per ea loca, quae

item
 ut
 s nunc
 nos pos
 abitu
 manis
 ac si
 us in
 item
 item:
 t.
 alibj
 isti
 t Hlj
 ur, ut
 aring
 t absig
 proum
 sine
 entj
 titudo
 Nam
 ter pub
 priuati
 yfcoj
 e agunt
 item:
 publico
 t men
 atj as
 quoda

antiquitus a possessore potuerunt obtineri. Mensura ergo hinc
agrū minime actū esse conspicimus, sicut ceteros agros:
Interuentū uero litiū postea per ea loca, quibus nūm finitur,
ex arbitrio terminos accepit. In hijs enim agris nullū uis
subsecinorū interuenit. Recte ergo subsecinū interuenire
non potuit, qui mensura actus non est, de quo remanere,
aut subsecari aliqd potuisset. Subsecinū est quod a subse-
cante linea nomen accepit subsecinū. Horū subsecinorū
duo sunt genera, unū quod in extremis assignatorū fi-
niū centuriā expleri non potuit. Hoc inuenitur quinquā-
ginta et sexaginta centurijs iugeribus. Et quāuis exigua
parte minore fuerit inuentū, de modo centuriæ subsecinū
dicitur. Ita tamen si spatium maius fuerit, nomine cen-
turiæ non carebit. Nam hæc subsecinā et concessa pteruq;
inueniuntur, et reddita aliqua assignata: nam et censum
quædam pro suo modulo susceperunt. Secundam illam uero
maiorē assignationem subsecinū maius centū iu-
gera dictū est: subsecinū minus quinquaginta iugera
municipium. In extremis uero assignatorū finium ut
sit assignatum, aut quæ sit extremitas iudicamus. Extre-
mitas finitima linea est, quæ interuenit aut per iter
publicū, quod transcendj non potest, secundū legem
Colonicam: quia omnis limes itinerij publico seruire debet:
aut per limites sine terminos, aliq; signa quibus territoria
frimuntur, aut ubi insoluta loca remanserunt. Hæc autem
sunt loca quæ insoluta dicuntur, quia aut in saxosis et steri-
libus locis sunt, aut in paludibus ubi nulla potuit exerceri
cultura: quia diū non esset quod excoli potuisset nullis ne-
cesse fuit limitū regulis obliquari, propterea et soluta loca
uocata sunt. Aliud genus subsecinorū, quod in medijs
assignationibus et integris centurijs interuenit: quicqd

enim inter quatuor limites minus quam intrachisum est fuerit assignatum, in hac remanet appellatione. Bene igitur et recte subsecinum vocari debet, quicquid inter quatuor limites fuerit assignatum, minus suam intra ipsam potuit claudi limitibus, quia unusquisque limes centuriæ sine modum claudens, adductus est. At ubi omnes quatuor, aquis mensuris centurias continentes, uno in loco convenerint, sicut in subsequenti libello nostro designavimus, quem diazographum appellavimus, poterit agros, et minus clausorint agrorum spacium quam quod centuriæ singulæ, quibus servitutem præstabant, poterant continere subsecinum iuste merito appellari. Ideo, is modus, qui assignationi superest, lineam claudatur et subsecetur. Nam et reliquarum mensurarum actus, quicquid inter normalem lineam et extremitatem interest, subsecinum appellatur. De hoc superius disputavimus.

Normalis linea mensuralis dicitur. Extremitas vero ubi centuria ut expletur transire non potuit. Est ager similis subsecinorum conditioni extrachisus et non assignatus, qui si rei publicæ Populi Romani, aut ipsius colonie, cuius sine circundatus, sine peregrina urbi, aut locis sacris et religiosis agris ad populum Romanum pertinentibus, datus non est, iure subsecinorum in eius qui assignare potuerit remanet potestate. In ambiguo videtur hic ager, et velut indefinite remansisse: Si enim hijs omnibus supradictis datus non est, utique in assignantis remanet potestate.

Hunc agrum Frontinus ita remansisse testatus est. Sed videamus ne forte postea iussu principis alium datus sit. qui terram metiri demum præceperit, sicut Caesaris Augusti temporibus factum est. Nam alia subsecina Vespasianus vendidit: alia autem quæ remanserunt Domitianus donavit atque concessit. Propterea hic ager succedentibus hinc usque temporibus ita, hoc est, in ambiguo non potuit remanere, si remansit, in eius potestate profecto qui assignare potuerit.

Hoc est, qui acceperit à Principe assignandi licentiam. Nā
agrimensor omnis doctus centurias delimitare potest, ac suis
redintegrare limitibus: assignare autem nullo modo potest,
nisi sacra fuerit præceptione firmatus.

De Controuersijs.

Suscipimus quoque tractandos controuersiarum status
cum diuino præsidio. Materia inquit, controuersiarum sunt
duæ: finis et locus: harum conditio alterutra continetur.
Sed quoniam singula controuersia diuersis conditionibus obli-
quantur, propria nominanda sunt. Genera autem contro-
uersiarum, ut ait Frontinus, sunt numero. 15. Sed quia
hij generibus species non dedit, et quia secundum regulam
dialecticam neque genus sine specie, neque sine genere species
dij potest, omnino dixit improprie. Nos tamen suum illi idi-
oma relinquentes, ad intelligendas eas et exponendas, sicut
premissimus, transeamus.

De positione terminorum controuersia est, inter duos pluresue
iunios: Inter duos, an in rigore sit positus terminus ceteror-
sue rationis: Inter plures trifinium facit an quadrifinium.
Cum ergo possessor iunierit terminum in possessione sua
aliter formatum, aut aliter positum quam ceteri, qui in
ea possessione sunt, aut inscriptum ut a se, agit de eo in
qua sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat, siue ab
alio lineam precedentem excipiat: dumq; iunius possessor
huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosq;
controuersia agitur. Solent enim hæ controuersia de com-
portionalibus nasci terminis, nam si de eorum latere linea,
quasi ex artificis manu composita, uideatur exire, atq; in
iunius termini angulum impingere, qui in limite est
positus, in istis ut ait Frontinus uelut instantium ardu,

in Na
e suis
otest,

atius
im sut
tur.

us obli
ntro
fina
ham
pecies
illy idi
s, sicut

uresue
ceteror
sifiniu.
one sua
sui m
e eo m
iue ab
essor
itrosq;
e com-
linea,
atq; in
est
argu.

mentorum oportunitas controuersialis aptatur: hoc enim
plerumq; potest in limitibus inueniri. Nam si Veteranus filijs
suis unam possessionem diuidens, inter tres aut quatuor por-
tiones terminos uoluit interese, potuit quippiam tale contin-
gere, ut ex multis quicunq; respiceret angulum illius terminij,
sui in maximo est limite constitutus: Hos siquidem termi-
nos, qui intra possessionum fines inueniuntur comportionales
appellauit antiquitas. Qui si secundum pristini temporis
possessionem non conueniunt, diuersas attingis possessoribus contro-
uersias generabunt. sed alijs forte de loco, alijs de fine litigat.
Videndum hoc diligentij cura, et circumrij agrum diligenter ate
omnia oportet, de quo intentio uertitur, et redintegrate suis fim-
do limitibus, per maximorum limitum rationem, tum de com-
portionalium terminorum positione, quos uice tabularum anti-
qui intercedentis partiunculis inter filios suos desigebant, in-
tegra ab artifice ratio proferatur. De rigore, atq; de fine licet si-
mitem posuerit controuersiam, unamq; eis conditionem esse fir-
mauerit, tamen credo inter eos aliquum posse differre: Rigor. n.
naturalis est qualiscunq; enim rigor interuenit constituentib;
limites rarioribus locis terminos posuerunt, et seruari iubet.
Rigor si inuentus fuerit, de triginta pedum latitudine, ut ne
ab utroq; possessore tangatur: quod si plus de triginta pedibus
patuerit, iam collis est, qui exigit ut superior possessor in pla-
num usq; descendat, et sibi defendat omnem deuersum locum:
Hoc enim lex propter malignitatem inferioris possessoris insti-
tuit, ne aut arando, aut fodiendo superioris possessoris terras
inuaderet. Terminij quoq; quibusdam locis positi sunt, ut ab
uno ad unum dirigantur per pedes A. 320. et supra usq; ad
480. et infra hoc si licet: Nam tiburtini distant a se in pe-
dibus 290. et supra usq; ad 660. et infra: quod si spissiores
non sunt, riparum et rigorum cuspis seruabunt. Harum ta-
men quae p multa milia pedum recturas, separationesue agro-
rum ab initio suo usq; ad occasum custodiunt, et in eas ripas aut
rigores sequendos obseruarent, quae intra corpus agri nascuntur,
et ne suo latere decidunt, lex limitum eas praedamnat.

Ne id aliquando sequamini, quod maior potestas limitum, recturarumque cursus confirmat. Sed si conventionis causa eas partes inter se conservandas censuerunt, non recturae imputandum, sed concurrenti definitioni fides est adhibenda. De fine enim lex Manilia quinque aut sex pedum latitudinem praescribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratj, quod usucapi non potest. Fer enim non qua ad culturas peruenit usucapitur usui, sed id quod in usu biennio fuit. Finis enim multis documentis servabitur, terminis, et arboribus notatis, et fossis, et iugis, et rivis, et iugribus, et saepe normalibus, et ut comperj aliquibus locis, inter arva marginibus quibusdam tanquam piliis, saepe etiam limitibus, item petras notatas, quae in finibus sunt, pro terminis habebitis. Si arboribus notatis fines observabuntur, videndum quae partes arborum notatae sunt. Nota enim in proprijs arboribus a foras ponuntur, ut arbores liberas in parte a nota derelinquat. Si communes sunt arbores, mediae notantur, et ad utrumque pertinent. Nam si fossa erit finalis, videndum utrum unius an utriusque sit partis, et si in extremo fine facta, itemque utrum publica an vicinalis, si iugis montium, quae ex eo vine accipiuntur, quod continuatione ipsa iugantur. Haec autem omnia genera finitimorum putato in uno agro posse sine dubio reperiri.

De loco si agitur, quae res hanc habet questionem, ut nec ad formam, nec ad ullam scripturae revertatur exemplum, nisi tantum hunc locum hinc duo esse: et alter e contrario similiter quaeret ex similitudine feraculturae comparationem accipit, id est si sylva cuius sit aetatis pars casura, et aetas arborum ut solent relinqui, quas antemissas vocant, et sylvarum quoque aetates an sint pares, si vinee similes erunt in comparatione, an ordines aequae distantes, an parj constitutione, et an simile genus vitium. Constabit tamen magis rem esse iuris quam nostraj operis: quoniam fere usucapiuntur loca quae biennio possessa fuerint.

Respiciendum erit, ne quemadmodum solemus uidere qui
 bundam regionibus particulas quasdam in medijs aliorum
 agris, nunquid simile huic interueniat, quod in agro diuiso
 accidere non potest: quoniam continue possessiones et asiq-
 nantur, et redduntur, et hijs forte incidit, ut tale quid com-
 mitteretur, ut locus pro loco et continua sit possessio: Id ut
 dixi in assignantis fieri non potest. Solent quidam complu-
 rium fundorum suorum domini, duos aut tres agros unum uel
 le contribuere, terminos qui finiebant singulos agros relinquere
 Præterea cui contributi sunt uicini non, contenti suis finibus
 tollunt terminos, quibus possessio eorum finitur, et eos qui
 inter fundos unius domini sunt sibi defendunt, ita et hæc dis-
 picienda erunt. De modo quæstiones ferè in agris diuisis
 et assignatis nascuntur: Item quæstorij et uectigalibus sub-
 iectis, quoniam scilicet in ære scripturæ modus comprehensus
 est, quod semper erit ad formam respiciendum, et hoc si diuisis
 possessoribus conueniat. Alioquin ex modo illo, qui ære scripturæ
 continetur forma liquet, etiam si dominus aliquid uendidit.
 Set: Nam hoc comperi in Samnio, ut agri quos diuisis respa-
 sianis ueteranis assignauerat, eos ab ipsis, quibus assignati erant
 iam aliter possideri. Quidam enim emerunt aliqua loca
 adieceruntque suis finibus, et ipsa uel uia finiente, uel flumine
 uel alio quolibet genere. Sed ne uendentes ex acceptis suis, aut
 ementes adijcentesque ad acceptas suas certum modum taxaue-
 runt. Sed ut quicquid modus aliqua ut dixi, aut uia, aut flu-
 mine, aut aliquo genere finiri potuit, ita uendiderunt eme-
 runtque. Ergo ad eas commodi reuocari potest, si diuisum inter
 quos controversia est conuenierit. In eis autem qui uectigalibus
 subiecti sunt, proximus quicquid possessioni sua iunxit. Nam soliti
 erant antiqui in conductiones et in emptiones modum compre-
 hendere, atque ita cauere fundum illum, iugera tot in
 singulis iugeribus. Tantum itaque, si in ea regione agitur, ubi
 hæc erit consuetudo, aut cautiones scilicet, aut emptiones in-
 tuenda erunt, inter quos disputabitur, acta utriusque mensura
 si nihil ad cautionem conueniat, et uentis possessio modum
 cautione comprehensum impleat, magna erit rei confusio

um,
 is cau-
 recturæ
 adhibe-
 in lati-
 iter ad
 ad usum
 entur
 in
 us no-
 or mali-
 ibus q-
 tem pe-
 ebis.
 ue par-
 ribus a
 ugnat
 unq-
 in unio-
 niq- u-
 eo noie
 autem
 re dubio

ad for-
 nisi tan-
 uiliter
 cipit,
 rum
 um
 compa-
 ne, et
 rem
 intur

Quarendumque tunc quomodo in uniuersa regione magis opi-
nione quam mensura moluum complecti soliti sint. De propieta-
te controuersia est plerumque ut in Campania cultorum agror-
um sylvae: absunt in montibus, ultra quartum aut quintum for-
te uicinum. Nam ubi mons fuit proximus asper seu sterilis,
super quo fundi constitui nequiverunt, aut forte aquae inopia
habitatio hominibus prorsus negata est. Syluae tamen dum
essent glandiferae, ne earum fructus perirent, diuise monte
particulatim datae sunt proprietates quaedam fundis in locis pla-
nis et uberibus constitutis, qui paruis finibus stringebantur. Na-
et in Suesano culti sunt, qui habent in monte Marico sylvae
plagas determinatas, quarum proprietates ad quos fundos per-
tinere debent discutuntur: Nam et formae antiquae declarant
ita esse. Respicendum erit et illud, sicut dixi superius, quae
admodum solemus uidere quibusdam regionibus particulas
in medijs aliorum agris: hoc argumentum prudentia est:
quod professionis. Videndum quoque quoniam est et pascuorum
proprietates pertinent ad fundos, sed in commune: propter ea
quod compascua multis locis communia appellantur. Quibus-
dam Praeuectis pro indiuisa haec fere pascua certis personis
datae sunt depascenda. Sed in commune, quae multi per pote-
tiam iniuaserunt, et colunt, de eorum proprietate ius ordina-
rium solet morari, atque interuentu Mensurorum mensurarum
demonstratur, ut sit assignatus ager. Nam per emptiones uel
hereditates huiusmodi controuersiae sunt. Quaedam
loca feruntur ad personas publicas pertinere: nam persona
publica etiam Colonia appellantur, quae habent assignata
in alienis finibus quaedam loca, quae solemus praefecturas ap-
pellare. Harum praefecturarum proprietates manifeste ad
colonos pertinent, non ad eos quorum fines sunt dimiuiti.
Solent et privilegia quaedam habere beneficia Principum,
quod longe et remotis locis saltus quosdam redditus causa
acceperunt: quae proprietates ad eos quibus datae sunt indubi-
tate pertinet. Sunt et aliae proprietates, quae municipi-
bus a principibus sunt concessae. De possessione fiet con-
trouersia, quoties de totius fundi statu per interdictum

dis opi
oprieta
agror
um for
terilis
nopia
lim
onte
lois pla
ir. Na
ghuar
dos per
larant
s, que
ulus
est:
iorum
rta
Qui
personis
er pote
ordina
razum
es vel
dam
exsua
gnata
ras ap
te ad
iti.
ipum
causa
ndubi
imici
fit con
lictum

hoc est iure ordinario litigat. Hoc est, discipline nostre iudici
um. Sed apud Praesidem provinciae petitur, et ex lege restitui
itur possessio, cui poterit attinere. In hijs secundum locum
habet disciplina nostra, sicut lex ait, nisi de possessionis statu
quaestio fuerit terminata, non licet sessorj praere ad loca.
De alluvione observatio est, si in occupatoijs agitur agris, quic
quid ius aquae abstulerit, repetitionem nemo habet, quae res
necessitatem ripae munienda minuit, ita tamen, ut sine
alterius damno quicquam fiat. Si vero indivisa et assigna
ta regione tractabitur, nihil amittet possessor, quonia for
mis per centurias certis cuiq, modis ascriptus est. Circa Pa
dum autem cum ageretur, quod flumen torrens, et aliquan
do tam violentum decurrat, ut alienum mutet et multorum
late agros trans ripam, ut ita dicam, transferat, saepe etiam
insulas efficit. At Cassius Longinus vir prudentissimus in
ris auctor hoc statuit, ut quicquid aqua lambendo abstulerit
id possessor amittat, quoniam scilicet ripam suam sine alteri
us damno tueri debet. Si vero maiore vi decurrens alienum
mutarit, suum quisq, modum agnoscat: quia non possessoris
negligentia sed tempestatis violentia abreptum apparet.
Si vero insulam fecisset, id possideret, ac si ex communi quisq,
suam reciperet. Sicut enim quibusdam regionibus cum assigna
rentur agrj, ascriptum aliquand per centurias fluminis.
Hoc autem providit auctor dividendorum agrorum, ut quoti
es tempestas fluvium concitasset, non per regionem exceder
alienum iragaretur, sed sine iniuria cuiusq, deflueret. Hos
tamen agros id est hunc omnem modum, qui fluminis ascrip
tus est, respici. quibusdam iuventilit. Haec quaestiones maxia
in Gallia tota moventur, quae multis contexta fluminibus
immolias alpium vires in mare transmittunt, et subitar
refectionum repentinas inundationes patitur. Aliquibus
locis impetraverunt possessores a praeside provinciae, ut ali
quam latitudinem flumini daret: Nam et in Italia Pisau
rum flumini latitudo est assignata, eatenus quousq, alluebat

De iure territorij controversia est, cum quidam priuator
aut pomerium eius urbis priuatis operibus inuicere de
uult peruadere, aut arare de locis publicis, hoc est, ad ipsam
urbem pertinentibus quidam priuatorum usurpare tenta-
uerunt. Pomerium autem urbis est, quod ante muros spa-
tium sub certa mensura dimissum est. Sed et aliquibus
urbibus et intra muros simili modo est statutum propter
custodiam fundamentorum: quod a priuatis operibus obti-
neri non oportebit. Hic locus est, qui a publico nullo iure po-
terit amoueri. habet autem conditiones duas, unam urbani-
soli, alteram agrestis: Urbani soli, quod in tutela rei urbanae
assignatum est. Agrestis, quod publicis operibus datum est aut
destinatum. In tutela rei urbanae assignatae sunt siluae, de
quibus ligna in reparatione publicorum munitum traherentur.
Hoc genus agri tutelatum dicitur: Nam aliquarum urbium
maxima pars finium colonia est attributa. Coloniae sunt
quae ex eo nomine accipiuntur, quod Romae in eadem ciui-
tatibus colonos miserunt. Illarum ergo urbium maxima
finium pars data est colonis, quae in remotiora loca, et longe
a mari posita iudebantur, ut numerus ciuium, quem diuus
Augustus multiplicare conabatur, haberet spatia, in quae sub-
sistere potuisset: Nam et in Luena fertur inter montium Prae-
cristianorum quendam partem oppidi Asulanorum sine cir-
cundarij. Sed hoc consiliabulum fuisse, et postea fertur in
municipij ius relatum: Nam omnia antiqua municipia habent
suum privilegium, ut Tuderinij qui apud principes egerunt
ut Fanestres inchoe si essent alienigenae, qui intra territo-
rium inchoerent, honoribus fungi in colonia non deberent.
Sed Fanestres hoc postea impetrauerunt, ut eis liceret fungi ho-
noribus territorij. Aequae uiris controversia agitur, quoties
propter exigenda tributa de possessione litigatur, cum diuis
una pars in sui et eam sine territorij constitutam, et alte-
ra e contrario similiter quieret. Haec autem controversia
territorialibus est finienda terminis: Nam inuenimus
saepe in Publicis instrumentis significanter inscripta ter-
ritoria

Ita ut ex collegio qui appellatur Ille, ad flumen illud, et per
 flumen illud, ad rivum illum, aut viam illam, ad infra
 montis illius, qui locus appellatur Ille, et inde per iugum mo-
 tis illius, in summo, et per summum montis, per diuterna aqua
 ad locum qui appellatur ille, et inde deorsum versus ad locum
 illum, et inde ad compitum illius, et inde per monumentum
 illius, ad locum illum, unde primum cepit scriptura esse. Sape
 enim quorundam aut monumenta, aut fessa, aut quorundam
 sacellorum aut fontium, inde rivi fluminaq; incipiunt observant
 fines, territorium. Si autem rationem appellationis huius tra-
 temus: Territorium est quicquid hostis terrendi causa consti-
 tum est. De iure subsecutorum subinde quaestiones moventur.
 Subsecuta autem ea dicuntur, quae assignari non potuerunt
 id est, cum sit ager centuriatus in loca culta divisus, quae in
 centurias erant, cum centuria expleri non potuit, subsecuta
 appellantur. Haec aliquando auctor divisionis aut sibi reservavit
 aut aliquibus concessit, aut reip. aut privatis personis. Quae
 subsecuta quidam vendiderunt, quidam hereditariis certe
 tempore locant. Inspectis igitur perferunturq; omnibus condi-
 tionibus, inveniri poterit quid sequi debeamus. Nam Demi-
 tianus per totam Italiam subsecuta possidentibus donavit, e-
 ditq; hoc uniuersis notum fecit: Leges itaq; semper curiose
 legenda interpretandaq; erunt. de locis publicis, siue Populi
 Rom. siue coloniarum, municipiorumque controversia est
 quoties ea loca, quae neq; assignata, neq; vendita fuerint, ab
 alijs obtinebuntur in subsecuta concessa. Multis enim locis com-
 perimus loca publica reperiri, ut ex proximis in Sabina, in
 monte Mitela, quae nunc a privatis operibus obtinetur. Nam
 et regione Reatina itidem sunt loca: Pop: R. loca autem,
 quae sunt publica videamus. Sunt sylva, de quibus lignorum
 copia in lauacra publica ministranda ceduntur. Sunt et loca:
 quae in hortiis sunt relicta, quibuscuq; ad urbem venientibq;
 peregrinis. Sunt in suburbanis loca publica inopium destina-
 ta funeribus, quae loca Culinas appellant. Sunt et loca noxi-
 orum panis destinata. Ex hijs locis cum sint suburbana, siue

ator
 ande
 ipsam
 tenta-
 os spa-
 iibus
 epter
 s obti-
 ure po-
 urbani
 ebane
 est aut
 e, de
 herent
 ebium
 sunt
 i civi-
 pima
 longe
 i diuis
 via sub
 in Prae
 ne cir-
 ir in
 a habet
 egerit
 erito-
 ent.
 inq; ho-
 uctus
 im dicat
 et alte-
 cesua
 umis
 sta ter
 itoria

Vlla religionis reuerentia solent priuati aliquid usurpare,
atq; hortis suis applicare. sunt autem loca publica coloniaru,
ubi prius fuisse conciliabula et postea sunt in municipijs in re-
lata. Sunt et alia loca publica, quae Praefecturae appellantur.
Nam et pomeria urbium de quibus iuris superius suo loco dispu-
tauimus, publica loca dici possunt. Sed dum diuersis conditi-
onibus constringuntur, non possunt nisi sua suis locis incide-
re: Nam et ubi ius aquae alicui Tiberis populi. Ro. tantummo-
do insulam fecit, locus est publicus, syluae etiam sunt iuxta
fium alicuius suis circumdata terminis, quae casalia non u-
suntur.

De locis relictis et extraclisis controuersia est in agris assigna-
tis. Relicta autem ea loca sunt, quae sine iniquitate locorum
assignari nequiuerunt, sine ex uoluntate conditoris, hoc est
stentoris relictis, limites minime acceperunt. diuidentur et ea
relicta loca quae ius aquae obtinuit. Haec loca et insoluta uo-
cantur, et iuris subsecutorum esse uoluntur. Extraclisa lo-
ca sunt aequae iuris subsecutorum, quae ultra limites, et ultra
finitimam lineam erunt. Finitima autem linea aut me-
suralis est, aut aliqua obseruatione, aut terminorum ordine
seruatur. Exco fines colonia inclusi sunt mentibus: Prop-
terea haec loca quod assignata non sunt, relicta appellantur et
extraclisa, quod extra limitum ordinationes sunt et tamen sine
clauduntur. Haec plerumque proximi possessores inuadunt, et oportu-
tate loci irritati, agrum obtinent, cum hijs controuersia a rebus
publicis solent moueri.

De locis sacris et religiosis controuersia plerumque iure ordinario fi-
niuntur. Si enim loca sacra edificabantur, quam maxime apud
antiquos in confinio constituebantur, ubi trium uel quatuor
possessorum terminatio conuenire: Et uniusquisque possessor
donabat certum modum sacro illi ex agro suo, et quantum do-
nasset scripto faciebat, ut per diem solennitatis eorum priuato-
rum agri nullam molestiam incuscantis populi sustinerent.
Sed et siquid spatiosius cedebatur, sacerdotibus templi illius
proficiebat

In Italia autem multo crescente religione sacratissima Christi-
 tiana lucos profanos, siue templorum loca occupauerunt et seruit
 sed hoc ideo existimari dicendum, ut magistratum suum si
 multo stentor ostendere modum concessum fano illi demonstrat.
 Locorum autem religiosorum similis est condicio, et hijs namque
 secundum cautionem modus restituebatur antiquitas. Nam
 sanctum est plerumque, ut incorruptum: et a sanciendo sanctum
 dicitur. Religiosum a relegando mentes, ne male agant hores.
 Sacrum autem proprie dei est. Religiosum enim uel a relinque-
 do. Profanum autem, quod dum sanctum fuisse, postea in usum
 hominum factum est hoc extra sanum, extra sanitarium pro-
 phanum dicitur est. Mœstia uero habent iuris sui horterum ma-
 dum circumiacentem uel prescriptum agri finem. Nam lucos
 frequenter in trifinio et quadrifinio inuenimus, sicut in
 suburbanis, et circa publica itinera constitutum esse perspicimus
 De aqua pluuia transitu controuersia est, in qua si collectus
 pluuialis aqua transierim secans finem alterius fundidit
 influat. Si aqua ex pluuia collecta riuum fecerit per longin-
 quitatem temporum, et ut solet uideri ripam ex utraq. parte
 mediam secans creperit, et hoc intra fines alterius dumq. ri-
 uis ille limite includit, possessor uicini agri calumniose
 sibi uelit fines, ad riuum usq. defendere, non mediocre ex-
 imile controuersia genus exoritur, sed hoc stentoris est peritia
 finendum.

De itineribus controuersia est, quia in aruifinijs agris iure
 ordinario finitur in assignatis mensurarum ratione.
 sed multj limites exigente ratione, per uenia et consuetu-
 dosa loca sunt, quia iter fieri non potest, et sunt in usum
 agrorum in eis locis, ubi proximis possessor est, cuius for-
 to sylua limitem detinet, et transitum inuerecunde
 denegat: cum itinerij limitem, aut locum limiti debeat
 Nam plerumque, uia dum cum limite currit, etiam si ui-
 cinalis est, aut lignaria, aut priuata, finem prestat:

Regum ante uia uel limite, dum a se utriusq; discesserint,
desit uia finem prestare erit controuersia: Sed inspectio
artificis eam finiet. Satis ut puto dilucide genera contra-
uersiarum, uel primum adq; qualitatem exposui: nam
et simplicius enarrare conditiones earum existimaui,
quo facilius ad intellectum peruenirent. Nunc quoad
modum singula pertractaria debeant persequendum est,
uel quot sint status earum, id est, iniectiuus, expositiuus,
subiectiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, mate-
rialis, effectiuus: sunt enim 8. Ex hijs omne genus con-
trouersiarum exoritur. Iniectiuus ergo status est gene-
ralis: nam sine de possessione, sine de fine controuersia nas-
catur, per hoc repetitio, iusta, iniustaq; initiatur.
Expositiuus est status controuersie, quoties finitimum
argumentorum caret demonstratione, et partium magis
exigit enarrationem, per quam exponendum sit quo sint
genere terminanda aut persuadendum iudicij etiam, si
loci natura finitimum exhibeat similitudinem. Subiec-
tiuus status est controuersie, cum relinquatur status gene-
ralis, et alio quolibet statu controuersie defenditur.
Recuperatiuus est status, quoties non a trifinio aut quatuor
finito, sed ex quolibet alio finis loco incipientis termini rec-
titudinem dirigit, et per incipsum definitionis loca quaedam
alteri fundo acquirit, aut solum auferet et alteri loco reddi-
tur. Assumptiuus prima controuersie status est, quia
est de positione terminorum, in rigorem aut in finem
transiendit. Initialis controuersie status, de rigore perti-
nens ad materiam, transiendit in controuersiam, que
est loco tertio: de fine status materialis non conditione
mutat, neque materiam efficit. Materialis status est,
ex quo omnes controuersie incipiunt, de loco diintaxat:
nam transcendentiam non habet de hoc effectiuus, sed
dum consummatus fuerit, nascitur. Nam effectiuus
est, cum de loco litigatur, et idoneas partes ad litigium

ad iudicaciones instituiunt. Respitio etenim quā
 tum sit, quod iudicis prudentia iniungatur.
 Sed nec minus aduocatis, quorum ars licet diuer-
 sa sit, prudentiam tamen et simplicitatem eandē
 habere debent, et qui iudicaturi sunt, et qui ad-
 uocaciones sunt prestaturi. In iudicando autem
 iudex bonus uir et iustus acere debet, nulla am-
 bitione aut sordibus moueri: seruare opinionem
 et arte, et moribus: omnis illi artificij ueritas cus-
 todenda est, exclusis illis, similitudinibus, quae
 falsa pro ueris subiiciuntur: quidam enim per im-
 peritiam, quidam per impudentiam peccant.

Totum autem iudicandi officium, hominem bonum,
 iustum, sobrium, castum, modestum, et artifi-
 cem exequium exigit. Hoc autem possessores aequo
 animo ferre non possunt: Nam cum hijs ueritas
 exposita fuerit, aduersus hmeritatem artis facite
 cogunt. Multa sunt enim in professione, quae ge-
 neraliter pro ueris offerantur, multa quae speci-
 aliter, quaedam quae argumentaliter, quaedam
 coniecturaliter etiam mentiri artificios cogun-
 tur.

FINIS.

